



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

FRANCIA (REGNO), *Petitiones Caroli noni Galliarum regis christianissimi nomine factae, ab illustrissimis oratoribus in Concilio Tridentino*, Riva del Garda, Jacob Marcaria, 1563.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 72

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/47>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T. C. C. 74

C. M. & Co

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

| |
|-------|
| G |
| 2 -op |
| f |
| 87 |

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2407814

D 2407802

5tc1

T 0-op f 72

PETITIONES

CAROLI NONI

GALLIARVM REGIS

Christianissimi nomine factæ,

AB ILLVSTRISSIMIS

ORATORIBVS IN

Concilio Tridentino.



RIPAE M D LXIII.



PETITIOE
CAROLINI
CANTONUM
AN ANTIQVARIIS
SOCIETATIBVS



1784

502

PETITIONES FACTAE
NOMINE GALLIARVM
REGIS CHRISTIANISSIMI

in Concilio Tridentino,



CONSTITVTVM nobis Orato-
ribus erat iam pridem ex officii no-
strae ratione & Christianissimi Regis
mandato ad Sanctam Synodum ea
referre quae hoc scripto continentur;
sed cum Ces. Maestas per Reveren-
diss. & Clariss. Viros Oratores suos
eadem fere nobis propugnanda curas-
set, nostraeque omnis petitio cum eorum
postulatis mirifice conveniret sustinui-
mus a. i. quātulum expectantes, dum aliquid a vobis decerneretur. Quid
enim multis postulatis minime inter se pugnantibus, vix etiam diversis,
molestos nobis esse necesse fuit; praesertim cum ea, quae adijcienda for-
tasse uidebantur, ut tacite inessent, vel necessaria ex superioribus con-
sequentiā haberent, itaque restitimus, atque distulimus certo iudicio: nunc
autem Principis nostri literis velli, & quia Caesarem illud negotium
longius protraheretur, quam spes fuerat, & fierendum amplius minime
vati, quanta potuimus simplicitate & breuitate verborum, quae vobis
ad constituendam Remp. Christianam necessaria videntur & oppor-
tuna, scripto complexi sumus. Hoc autem uouimus nos exillimare nisi
nobis a caeterorum Christianorum salute praecipuum esse, nihilque singu-
lare Carolum vero Regem nostrum curare quidem, ut petitionum iura-
rum omnium ratio habeatur, sic tamē a Christiana disciplina edoculū
& institutum esse, ut vobis omnia tribuat, rerumque omnium in statu ratiō

tionem executionem & iudicium ad uos omnino sciat pertinere.

- 1 Cym sacerdotes in primis castos esse oporteat, ex sacerdotum autem incontinentia in Dei Ecclesia magna nocentur offensiones, proinde et sa. Elia Synodus, ut non alii in pesterum ordinantur sacerdotes, quam qui seniores sunt & a populo bonum habeant testimonium, ut antea illa uita qua es pfecta sint futuri non leuis sit coniectura & sacerdotum libidine, & flagitia acerrimis canonum poenis coherceantur.
- 2 Cavendum est, ne eodem die, aut tempore, omnes sacri ordines conferantur, cum oporteat, secundum antiquos, promovendum ad maiores ordines prius in minoribus digne & aliquo tempore versatum.
- 3 Nullus presbyter ordinetur cui non continuo, secundum Concilium Caedonense detur una cum ordine beneficium, aut ministerium, sic enim se habent ordinationes a prius illis patribus, qui titulos presbyterales, multo postea tempore inuentos non agnouerunt.
- 4 Diaconis & alijs sacris ordinibus restituatur debita, & antiqua fonsilio, ne amplius uida et in ceremonijs tantum posita nomina dicantur.
- 5 Presbyterij sacriqum iuncti & cuius ecclesia ministerio additi, in ea uocatione, in qua a Domino uocati sunt permaneant, ne in alio munere & officio, quam quod Dei ministerium deceat, uersentur.
- 6 Nullus eligatur Episcopus, qui non & atatis sit legitime, usqum moribus & doctrina praeditus, ut & populum docere et ei uita exemplar esse possit, & qui non sit satis omnibus ijs instructus, quae officiant ad Episcopi munus rite per se obeundum.
- 7 Is quogue creetur P abanus, qui & probata sit uita, & qui populum in lege Dei possit instruere, sacrificium rite celebrare, & sacramenta (ut par est) administrare: & illorum usum & effectum illos, quibus ea administrat, recte docere.
- 8 Ad Abbatiam autem & Priuatum conuentualium, nisi prius in celeberrimo Gymnasio sacras literas publice professus, & magistratum, aut alium gradum adeptus fuerit, non admittatur.
- 9 Episcopus per se aut per eos quos ad praedicationis munus assumet quicquid erunt, quot per diocesis magnitudinem uidebitur opus esse, in ciuitate aut in quacunque parte diocesis censebit expedire, omnibus Dominicis & diebus festis, tempore autem Quadragesimae, ieiuniorumqum & aduentus Domini quatuor uerbum Dei annunciet, & quotiescunqum id oportune fieri posse iudicauerit.
- 10 dem quogue faciet P abanus, si non de sint apud quos concione ur.
- 11 Abbas uero & prior conuentualis interpretabitur libros ueteris &

- deuoluatur ad proximum superiorem & gradatim ad Papam secundum Concilium Lateranense & aliter cellatio a quocunque facta nulla sit.
- 21 Mandata de providendo expectatiua, regressus, fiduciaria resignaciones, commendae reuocentur, & omnino arceantur ab ecclesia, ne uia decretis contraria.
- 22 Resignaciones in fauorem extinguantur omnino a curia Ro. est enim a sacris Canonibus institutum, ne quisquam sibi sui officij querat, aut ei fiat successorem.
- 23 Priuilegia secularia, aut (ut dicitur) simplices, quibus contra institutionem cura animarum adempta est, & translata in Vicarium perpetuum, eisq; tantum parua quaedam decimarum aut aliorum prouentuum portio assignatur, cum primum uacauerint, curam animarum recipiant & in antiquum statum restituantur.
- 24 Cumq; pura sint beneficia, in quibus contra beneficiorum omnium institutionem inuadit deprauata consuetudo, ut qui ea possident, nullo teneantur concionandi sacramenta administrandi, aut a iocione Ecclesiastico, Episcopus consilio Capituli his beneficijs curam aliquam spiritiuam imponat, aut si uilius uideatur, ea beneficia uicinijs parrochialis ecclesijs uniat, beneficium enim sine officio, neque esse debet, neque potest.
- 25 Pensione super beneficijs non constituentur, & quae sunt constitutae tollantur, quo redditus Ecclesiastici in alimenta pauperum aliosq; uisus pios transferantur.
- 26 Restituantur Episcopis intra omnem diocesim Ecclesiasticae iurisdictione, & tollantur omnes exemptiones, exceptis capitibus ordinum, hisq; quae ipsi subsunt monasterijs, & quae capitula faciunt generalia, & his monasterijs, quibus multo iam retro seculis euidentibus scriptorum monumentis constat datam esse exemptionem, quae tamen ne a correctione animo se eximant, aliqua ratione prouideatur.
- 27 Cum Episcopus ea iurisdictione uti non debeat secundum antiqua decreta, nisi consilio capituli quemadmodum nec alia sine diocesis graui negotia tractare, danda est diligens operam, Canonici Cathedralium Ecclesiarum sint assiduo in Ecclesia Cathedrali, bonis moribus, & scientia praediti quos saltem 2. XV. annum attingant, nam ante illam aetatem cum non possint per leges humanas rebus suis prospicere, quomodo Episcopo consilium esse poterunt?
- 28 Retineantur antiqui, aut non constituentur consanguinitatis, afinitatis, uel cognationis spirituales gradus, intra quos non liceat obicere

eiusdem dispensationis, matrimonium contrahere, exceptis solis Regibus aut principibus, propter bonum publicum.

29 Cum nostris temporibus exciti sint Iconomachi, qui imagines evertendas consent, & maximae perturbationes plurimis in locis ex eo sint excitatae, provideat sancta Synodus, ut doceatur populus, quid de cultu imaginum sit sentiendum, curetque ut si quae in ijs colendis irrepserint superstitiones, & abusus, tollantur, quod ipsum quoque provideat in indulgentijs, peregrinationibus, reliquijs sanctorum, & ijs sodalitatibus, quas vocant fraternitates.

30 Quoniam saepe ob unius enorme delictum affligitur universus populus, quem de proximi peccatis sollicitum, & auxilium esse oportet, restituatur Ecclesiae Catholicae, non solum antiqua vita propter graves & publicas offensas, publicaeque poenitentia sed etiam ad iram Dei placandam ieiunia, & Lectus publici.

31 Cumque excommunicatio sit Ecclesiae supremus gladius, non est possim pro quovis delicto, aut contumacia decernenda, sed pro gravissimo tantum peccato, cumque in eo post unam & alteram, & nonnunquam tertiam admonitionem reus perseveret.

32 De beneficijs forenses controversiae, quae universum fere Ecclesiasticum ordinem contaminaverunt, non solum breviores erunt, sublata petitione, & processoris in causis beneficialibus nuper inventa distinctione, sed omnino cessabunt, si sublatis etiam Basiliensis Concilij universitatis nominationibus, praecipietur Episcopis, ut beneficia secundum Gregorij auctoritatem non ambientibus sed fugientibus, & de Ecclesia benemeritis conferant: merita autem in universum iudicabuntur, si post magistrum aut alium gradum in scholis adeptum, is, cui conferatur beneficium, auctore Episcopo, & praebante populo fuerit publice conciliatus aliquo tempore, cumque ordinarius semel beneficium contulerit, aut patronus praesentaverit, non aliter liceat superiori conferre, quam se prius praesentatum, aut ei in cui collatum est beneficium, eo beneficio indices non indignum iudicaverint.

33 Quod si aliquando de conferendi aut praesentandi potestate lis oriatur, primum ab Episcopo Diocesano consulto Capitulo & conatus beneficio vacante praesentatur, qui fructus omnes percipiat, & munera omnia ecclesiae subbeat, deinde litigatores consentiant in aliquos viros doctos Ecclesiasticos, & si non egerint, ab Episcopo dabuntur, qui saltem infra sex menses litem omnem dirimant, a quibus appellari non liceat, aut si existimet Synodus appellationi deferendum, mandetur interea exe-


tionem sententia, neque teneatur & cononus aut qui sententiam prius
obtinuit, restituere fructus pendente lite perceptos qui tantum ministri
& pauperum alimentis cedere debeant; ita fiet, ut aut nulla unquam
lis de beneficio, aut si qua fuerit, breui transigatur.

- 34 Decernat sancta Synodus, ut non solum Synodi Episcopales quotan-
nis semel ad minimum sed etiam tertio quoque anno prouinciales con-
greuentur, in quibus de his qua ad statum Ecclesiasticum pertinent, di-
ligenter tractetur, de ministrorum de illis mature cognoscatur, & in
eos qui deliquerunt, seuerè animadvertatur, & ut Concilia Generalia
nisi aliquod obstat impedimentum, decimo quoque anno celebrentur.

Gloria patri & filio & spiritui Sancto &c.

Admissum & approbatum per Fratrem Maximilianum Beniaminum
Cremensem ad Minorum Cou. Patauy Inquisitionem.





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
72

Misc I. e. c. 74

43

501

PETITIONES
CAROLINI
GALLIARVM REGIS


115

x-rite

colorchecker



MSCCPCC0613



RIPAE M D LXIII.